GREGORIUS MAGNUS
12. Jh. Seite 42v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26049
Copyright: Admont, Benediktinerstift



reuoco ut modo iussi ad exercenda opera exeant. modo re
uocati in speculationis studio apud me familiari uiuant.
Reuertentes itaq; dicunt assum. quia quāuis p exteriora acta
parum quid contēplationi deesse uideant. p ardorem tam
desiderii quem in mēte sua continue accendunt. obsequentē
dō suam p̄sentiā ostendunt. Assumus namq; dicere. ē p̄sen
tes se amando monstrare. SEQVIT. Quis posuit in uisce
rib hominis sapientiā. uel quis dedit gallo intelligentiam.
Qui hoc loco alii galli nomine designant. nisi modo alio nomi
ne repetiti ide p̄dicatores sci qui in tenebras uite p̄sentis stu
dent uenturam lucem p̄dicando quasi cantando nuntiare.
Dicit enim. Nox p̄cessit. dies autem apppinqbit. Qui uocib
suis somnū nr̄i torporis excutiunt. clamantes. Hora ē iam
nos de somno surgere. Et rursum. Euigilate iusti. & no
lite peccare. De hoc gallo alias scriptum ē. Tria sunt que
bene gradiunt. & quartū qd incedit feliciter. Leo fortissimus
bestiarū. ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctus
lumbos. y aries. nec ē rex qui resistat ei. Ipse quippe hoc lo
co leo ponit. de quo scriptum ē. Yicit leo de tribu iuda.
Qui fortissimus bestiarū dr. quia in illo hoc quod infirmū est
di. fortiꝰ ē hominib. qui ad nullius pauet occursum. Dicit
enim. Venit p̄nceps huius mundi. & in me non habet quic
quam. Gallus succinctus lumbos. idē p̄dicatores sci int huius
noctis tenebras uerum mane nuntiantes. qui succincti lum
bos sunt. quia a menbris suis luxurie fluxa restringunt.
In lumbis quippe luxuria ē. Ynde & eis a dno dicitur. Sint
lumbi uri p̄cincti. Et aries. nec ē rex qui resistat ei. Quem
alium hoc loco arietem accipim. nisi p̄mum intra eccl̄am or
dinem sacerdotum. De quib scriptum ē. Afferte dno filios
arietum. Qui p exempla sua gradientē pplm quasi subseqn
tem ouium gregem trahunt. quib spaliter recte q; uiuen
tib nullus rex sufficit omino resistere. quia quilibet p̄secutor